Quelle: https://manuscripta.at/?ID=925
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

facta esse interrogatus secundum interrogatoria supra in principio et depo-
sitione primi testis huius examinis designata Testis respondendo dixit qualiter
ipse per videlicet annos continue podagram in suis pedibus habuit et singul
annis duabus aduinq aut tribus vicibus aliquoties per aversem quidem
per duos menses et etiam certis annis per medium annum cum extremitate vera
hent adeo qd per illa tpa continue absq aliqua mitigatione cum maximis
doloribus in lecto existendo fuit et multa et infinita quasi medicamenta
adhibuit nil penitus relevamen ex eisdem sensit Tandem de Anno domini
millesimo quadringentesimo septuagesimo primo circa festum sanctorum apostolorum
Philippi et Jacobi Invocavit beatum Leopoldum ut suis meritis dignaretur sibi
sanitatem a deo omnipotenti impetrare et vovit Tumbam suam cum duobus
pedibus Ceres ducere velle vestitam Statim post voti huius emissionem dolor
cessit surgens de lecto votum ad statim adimplevit Ulteriorius omnino sanatus
est et nunquam ex post usq in hodiernum diem aliquem sensit dolorem credens
firmiter ex meritis beati Leopoldi sanitatem miraculose accepisse

Super decimo et omnibus aliis articulis usq ad viginti inclusive testis examinatus est dixit articulos esse veros quia concordat cum omnibus
aliis depositionibus generaliter super eisdem

Et fuit interrogata eidem testi prout est mos et

Eadem die fuit examinata discreta mulier Dorothea Uxor Pauli Grauwe
de Kirchling Patavien diocesis etatis sue annorum Triginta duorum ut circa
que deposuit ut sequitur

Et primo super Primo secundo et aliis articulis usq ad octavum inclusive testis
examinata dixit articulos fore veros quia ita a sensibus suis audivit

Super Nono articulo incipien Item qd septies contra infideles et testis examinata
dixit se nil scire

Super Decimo et Undecimo articulis incipien Item qd pro fide xpi et Item
qd toto tempore vite sue et testis examinata dixit articulos fore veros quia
contrarium non presumitur

Super duodecimo articulo incipien Item qd propter bona opera suaet Testis
examinata dixit articulum fore verum quia adhuc hodie ita cognominatur

Super Tredecimo et Quartodecimo articulis incipien Item qd a sede apostolica et
et Item qd propter virtutes et bona opera suaet testis examinata dixit ut ad nonum

Super Quintodecimo decimosexto decimoseptimo et Decimo octavo articulis
testis examinata dixit ut ad primum

Super Decimonono articulo incipien Item qd post mortem suam clarum et
testis examinata dixit articulum fore verum quia in ea met ostensum sit magnum
miraculum Interrogata secundum interrogatoria prenotata testis respondendo dixit qualiter ipsa de Anno domini millesimo quadringentesimo sexa